

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Johann Peter Grünenberg

**Rector Universitatis Rostochiensis Joh. Petr. Gruenenbergius, S. Theol. D. ...  
Ultimas Exeqvias qvas Exuvii Feminæ ... Catharinæ Sophiæ Qvistorpiæ ...  
Desideratissimæ Conjugis, hodierno die apparatum iturus est Maritus Ejus  
Mœstissimus, hoc Programmate indicit, atqve O. O. O. ... invitat : [P.P. sub Sigillo  
Rectoratus Academicí VI. Julii cl lccVI.]**

Rostochii: Wepplingius, [1706]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn769767435>

Druck    Freier  Zugang




**Gruenenberg, J. P.:**

in

**C. S. Q v i s t o r p,**

uxor. Z. Grapius.

Rostock. 1706.







sc.

RECTOR  
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

JOH. PETR. GRUE-  
NENBERGIUS,

S. THEOL. D. ET P. P. CONSIL. DUCAL. CONSIST.

per Distr. Meclenb. Superintendens,  
suæq; FCTis h. t. Decanus,

*Ultimas*

EXSEQVIAS,

*quas*

EXUVITIS FEMINÆ

PRÆNOBILISSIMÆ, OMNIQVE DE-

CORE FULGIDISSIMÆ

At NUNG BEATISSIMÆ, DOMINÆ

CATHARINÆ  
SOPHIÆ QVISTORPIÆ,

Dilectissimæ suæ & jam

Desideratissimæ Conjugis,

*hodierno die*

apparatum iturus est

MARITUS Ejus Mœstissimus,

*hoc Programmate indicit,*

atque

O. O. O. Cives Fulgidissimos, Clarissimosq; in solatium  
invalidissimæ Familiae invitati.

ROSTOCHII, Literis JOH. WEPPLINGII, SERENISS.  
PRINC. & ACAD. Typogr.





Tane verò iterum, S<sup>v</sup>avissimi Cives,  
prædicanda inter Vos est Mors § Itane  
dolores vobis exponere debo eorum,  
qui nobis sunt conjunctissimi ? Au-  
dio obstu<sup>u</sup>isse Patrem, ex tristi nun-  
cio, qvod ipsius viscera vitali in motu  
esse desierint; audio, multo etiam ma-  
gis obstu<sup>u</sup>isse sincerissimi cordis Ma-  
ritum ex tristi visu, qvod Ea, qvam velut

dulcissimam Cordis sui Partem complexus fuerat, ex comple-  
xibus Ipsius excesserit. Neq<sup>u</sup> id sine ratione: qvandoq<sup>u</sup> idem illo  
qvidem tempore præter generalem mortis considerationem  
singularis nullus erat mortis sive timor, sive prospectus.  
Non minatus erat sol occidens occasum vitæ adeo instantem  
Feminæ Primariae, nec, cum sol exoreretur, inexorabilis  
vitæ terminus adesse credebatur. At verò spe citius vivi  
desitum est, ut vita seqveretur morti haud amplius obnoxia.  
Hanc qvi rectè meditatur, ei mors nulla præcox, nulla ni-  
mis cita est. Qvod eqvidem magnum est solamen miseriarum,  
e qvibus eriam subitus aperitur exitus. Ergo, qvis-  
qvis in hominibus es, ne patere umquam diem fugere, fo-  
lemq<sup>u</sup> occidere, qvin de eō, qvi omnium maxit<sup>e</sup> meditandus  
est, vitæ tuæ occasu sis religiose solitus, id qvod Poëta piis  
verbis non inconcinnè monet:

Sole oriente, Tui redditus à morte memento:  
Sis memor occasus, sole cadente, Tui.

Magna ex eō utilitas orietur, si consverimus id freqventer  
prævidere, qvod certò videndum est, & ea præponderare,  
qvæ mortem sequuntur ita, ut nec pondere, nec mentitur  
contineri possint. Efficit scilicet crebra Mortis meditatio  
reverentiam Dei eximiam, cautiorem ubiq<sup>u</sup> vitam, & tenuem  
earum rerum curam, qvæ nec à morte, nec in morte de-  
fendere

BOSTOCCHI, Iugae Jofe Wenzelii  
HERIC. & VENY. Tabulae

fendere nos possunt. Epist. Enchiridion eam in rem ele-  
ganter c. 28. Mors, exsilium, & omnia, quæ in malis habentur,  
ob oculos tibi quotidianie versentur, omnium vero maxime mors, sic  
nihil umquam humile cognabit, nec impensè cupies quidquam.  
Pulchra sunt ethnici doctoris verba, parum de morte me-  
tuentis, cum superiora putet spectanda, & humilia humili-  
bus animabus relinqvenda. O utinam ille Christum recte  
novisset, qvo, qvæsote, ardore de sublimibus in cœlō reposi-  
tis dicturus fuisset. Ille vero qvæ ait juxta naturam docens,  
Hieronym. in Epist. ad Heliodorum, ex fundamento Christiani  
mi & juxta scripturam verba faciens, ita exprimit: *Is*  
*facile omnia contemnit, qvis se cogitat moriturum.* Ita est: con-  
temnit omnia, præter ea, qvæ ad mortem ipsius faciunt ritus  
tranquillandam. Hinc DEUM, & Christum, & omnia Be-  
atæ Mortis subsidia atq; adjumenta spectat, eaq;, qvæ nihil  
illuc conferunt, infra suas curas collocare discit. Sic discitur  
Ars Artium, & comparatur vera iustitia, de qvâ illud ele-  
gantulum est Vatis Christiani:

*Mortem quæ faciunt beatiorem,*  
*Mortem quæ faciunt suaviorem,*  
*Mortis provide cogitator, hec sunt:*  
*Mens abstrusa solo, reposta cœlo,*  
*Mens innixa, fide manente, Christo,*  
*Mens, qvæ sive latitat beatitatis,*  
*Non adversa Deo, benigna cunctis,*  
*Cantè semper agens, parans subinde,*  
*Mortem quæ faciunt beatiorem.*

Beati sunt, qui illo in studio dies versantur atque noctes. In  
illos Mors secunda nihil habet juris, quandoquidem, ne illâ  
moriatur, in Christo mori didicere prius, qvâm morian-  
tur. Qvâm dulcis illa mors est, & qvâm favavis requies  
sequitur exercitationem spiritus, illam salubrem, illam san-

Elam, illam fructuosam. Quid agimus, homines, si id non  
agimus, propter quod vivimus? & quid versamur in tantâ  
molestiarum copiâ, si id formidamus, ad quod tumus natî? Si quis enim in id se natum existimat, ut non moriatur, is pejor  
erit Anglicano isto Doctore, qui vitam sine morte trahi atq;  
transigi posse hodiernū, prolixè putat. Stolidus quidem uterq;  
Attamen, qui mori nôlit, is moriatur, dum vivit, sic non moriatur,  
cum definet vivere, etiam si celeriorem moriatur  
mortem. Neque enim velocitas mortis æquè tristis est pie  
moriendi, ac superstici familiæ, aut minus beatum reddit  
illum, qui cito obit, quam qui lente. Ne quis illa credat!  
Fides beat, non mortis sive repentinus, sive tardior adven-  
tus. Quia potius in illa etiam celeritate mortis non parum  
est amoenitatis. Quod enim aliis durum videtur in morte,  
atque acerbum, non sentitur ab iis, quos piger haud vexat  
atq; coquit lectulus, quosq; affixa plumis corpora non angunt  
atque premunt, ipseque mortis timor, qui morte ipsâ acerbior  
esse solet, ad eos parum penetrat. Absit ergo, ut aliter  
sentiamus de piis celeriter morientibus, aliter de piis tardi-  
tatem mortis molestius persentientibus. Nulla est diffe-  
rentia, nisi quod illi ipsâ spe velocius ad DEUM perveniunt  
ejusque thronum; hi tardius, & cum desiderio ampliore.

Neque igitur ultra id, quod fas est, dolere debemus ve-  
locem illum, at placidum tamen, propriisque non minus  
precum suspiriis, quam Optimi lui Mariti directis ad  
DEUM votis comitatum obitum Feminae Primariæ, Domini-  
næ CATHARINÆ SOPHIAE natæ quidem QVISTORPIÆ,  
at GR APIÆ è conjugio: cuius ex hac vita discessus nonnullum  
nobis de morte differendi campum aperuit. Fuit illa  
(namque Ejus nobis Origo, Vita atque Mors h. l. omni jure  
describenda est,) Filia Viri Max. Rev. Ampliss. atque Excel-  
lentissimi, Domini JOH. NICOL. QVISTORPII, S. Th. D.  
atq;

atq; apud Nos Professoris Publici Celeberrimi, ad S. Nicolai Pastoris, ac R. Ministerii Rostochiensis Superintendens Vigilantissimi, Collegæ atque Amici mei longè Integerrimi, cuius ex hoc obitu dolores DEUS emolliat, & Matronæ qvondam Optimæ, B. Dnæ MARGARETÆ ELISABETÆ BERCOVIÆ. Qvistorpianæ inter Eruditos omnes florentissimæ familiæ Ipes illa fuit elegantula, cœpitq; exoriri d. xxvi. Novembris Anni clo. Icclxxx, & Piorum ex Parentum solicitudine in familiam DEI per Baptismum citò est traducta. Cognitum est omnibus, qvod de Majoribus Ejus gloriose prædicari potest, qvippe cum gaudere illa potuerit memoria Avi per. qvam Incliti JOHANNIS QVISTORPII II. Viride Aca demia & Ecclesiâ nostrâ longe Meritissimi, qvippe qui S. Th. D. ac P. P. fuit, Theologicæq; Facultatis Senior, ac Ministerii Rostochiani Director, è qvô illa per Nobilissimam qvondam Aviam suam, Dominam SOPHIAM SCHARFENBERGIAM, descendit. Maternâ autem in serie Avum Illa habuit Virum Nobiliss. & Ampliss. Dn. DANIELEM BERCOVIUM, Urbis hujus Proto Notarium qvondam Fidelissimum ac Solertissimum, cui Patrem Nostræ peperit Avia Ipsius itidem Nobilissima B. CATHARINA HAGEMEISTERIA. Atque ut decus ipsi vel ex Proavis conciliemus, vehementer eam commendare potuit Vir continuâ in paternâ lineâ decoratissimus, JOH. QVISTORPIUS I. Th. qvondam D. ejusdemq; P. P. & Facultatis suæ Senior, ad S. Maria Pastor, & Superintendentis Rostochiensis Celebratissimus: nec minis in eadem paterna sed per Aviam scandente lineâ, B. Dn. NICOLAUS SCHARFENBERGIUS, J. U. D. e jusq; olim apud nos P. P. ac postea Rostochiensis Civitatis Consul, Regiaeq; Maj. Danicæ Consiliarius: sicut

& ex alterâ parte BERCOVII & HAGEMEISTERI tatis inter maiores retulserunt. Sed quid opus est illo decore vehementius luxuriari ! Nihil ex omni familiâ si habuisset nobilitatis præter profapiam QVISTORPIANAM, abunde potuit ortus sui claritate nobilis esse beatè mortua : adeo per integrum orbem cognitum est illud nomen , *velut inter ignes Luna minores.*

Ad illas igitur ceras educata à teneris puellula succrevit in timore Domini , omniqve illo ornamento , qvod Virgines illustrare potest, apprimè cœpit effulgere, ut propterea non annorum, sed virtutum multitudine inclareceret, Viroqve Max. Rev., Ampliss. atqve Excell. Dno. D. ZACHARIÆ GRAPIO II.S. Th. D. & hodie P. P. Celeb. Archidiacono ad S. Jacobi Meritissimo, Viduo jam nunc mœstissimo ita perplaceret, ut ab eo xxii. April. A. clœ locc. in thalamum conjugalem adscisceretur, unici ex eō filoli mater , cui parentes singulare mnemosynon in appellazione JOHANNIS SAMUELIS posuere: qvod ut DEUS exaudiat, opto. Dulce vero illud conjugiū ex Theologo Theologi Filio, & eximiâ Theologi Filiâ coortum, utinam Divinâ sub Pietate diutius stetisset , ut conjuncti Parentes Filiolum suum unicum educare in timore Domini potuissent. Verum miro fato DEUS providit aliter , & laxavit commune vinculum , & orphanum à Matris parte esse voluit , qui tanto nunc dulcior erit Patri filius , & Matrem suam piè defunctam cum lacryma lallare perget , jucundum tamen in terris solatium ex Aviæ suæ , optimæ Matronæ , Dnæ Viduæ GRAPÆ, & Patris sui , Max. Rev. Dn. D. GRAPPII, itemqve Avi sui Venerab. Dn. D. QVISTORPII ore hausturus.

Ut vero, quale fatum Matris beate mortuæ fuerit, tanto exploratius patescat , audiamus Exc. & Experi-entis-

entiss. Dn. D. SCHAPERUM, Medicum circumcirca Ce-  
lebratissimum, qui suis verbis illud h. m. descripsit:  
Ad agrum Beatæ jam Nostre quod attinet statum, ea fre-  
quentes ante biennium, & quod excurrit, passa est menses,  
ut sapius uteri hemorrhagia potius dici mereretur. Huic nocivo  
malo salutaria opponebat remedia Celeberrimus t. t. Medicus,  
jam B. Dn. Bernhardus Barnstorffius, nec sine successu; tandem ta-  
men hoc insuper eveniebat mutatio, ut menses fierent inordinati,  
& successu temporis supprimarentur. Horum enata suppressio  
etiam tanta evadebat, ut ultra annum irruentis per Lunæ mu-  
tationem ætheris vim illuderet sanguis, isq; Lunæ tributum  
recusaret omne. In tam juvenili etate malum illud eò pejus  
hic fiebat, & cum convulsiones quandoque sibi socias proderet,  
una cum œdemato pedum tumore, & facie ad Cachexiam  
disposita periculi eò majoris suspicionem causabatur: id quod  
& successu temporis erumpentebat per Paroxysmum Epilepticum  
subinde recidivam. Huius morbo morbiq; hujus complicati sym-  
ptomatisbus, ut exquisitis sine omnimorâ semper adhibitis re-  
mediis iretur obviam, & quandoque spes melioris statutus affulge-  
ret, coercitos tamen tantum fuisse insultus epilepticos tarditas  
tem excipiens Paroxysmorum gravitas probabat, ubi nec averti  
poterat paroxysmum mox excipiens sensuum stupor & oblivio  
ad aliquot momenta; Quibus omnibus superatis postea novas  
vires & animi corporisq; recuperabat. Verum enim verò ut ejus-  
modi agris non tutâ semper habenda fides est, quin paroxysmi atro-  
ciâ tanè subito enecentur, ita & hic tristis enat⁹ casus est, ut agra  
nostra novo correpta paroxysmo subito sed placide obdormiret.  
Hucusq; Excell. Dn. Archiater Collega noster Astomatisinus, Factum ve-  
rò illud est sub nocte, eâ, q̄x Junii dies ultimos discernit, dilucenti  
jam Mercurii die. Facile persentiscit, Cives Dilectissimi, quantus incelle-  
rit mors Virum Max. Reverendum, Dn. D. GRAIVM, Maritum suæ Con-  
jugis Amantissimum, & Patrem unici ex eâ Filii, q̄voties oculis cernitur,  
recredescere facies vulnus subitanea ex illa morte pectori infixum. Quis ne-  
scit

scit, in una carnem coalescere piis conjuges ex instituto verè Divino? Dis-  
seca quæso carnem, & jube, ne sanguis effluat: Dissectam vide carnem conjus-  
galem, & vera lacrymas. Naturam rerum perdet, ista qui introduci posse  
existimat, Quidquis tigrim induere velit & lapidem suo in pectore cir-  
cumferre, is contra naturam philosophabitur, non secundum naturam. Nec  
Deus unquam nisi mysterii causa dolores super defunctis vetus. ceteris in  
casibus naturæ naturam suam concessit. Quid mirum, si Vir omni ē pectore  
Optimus, totique Academie Nostra Dilectissimus nolit naturam furca-  
q; quod ajunt, expellere, sed eam fleat abreptam, eam desideret acerbè, in cuius  
morte à divina manu se contactum, & infestus actum esse constitutus? Similis  
is squalor Parentis Venerabilis, Dn. D. Quis corporis, qui in superstitio Nepotes  
Eliam semper querit, semper desiderat; similis squalor consanguineorum  
fratrum atque sororum, qui de sorore bene composita, at sibi ulterius haud  
concessa lugent omnino & conqueruntur. Similis ille est squalor, sed æqua-  
lis non est. Parentes membra fleunt, fratres & sorores de articulis dolent, sed  
Mariticos ipsum, quod amisere, deplorant. Superstite autem de Filiolo  
quod dicam, non habeo. Puer est, sua vulnera necit. Tanto miserabilior,  
quanto ignorantior. Ejus tamen in gratiam Deus ingens posuit solatium, mi-  
serice bonam Patris naturam, quam si Deus ipsi servaverit, quod optamus,  
nihil amissus is poterit videri. Vos Parentes, Vos Consanguinei, ponderate,  
sicut in Christo didicistis, Arbitrii Divini Inexhaustam Benignitatem, juxta  
quam vivere magna vestri Christianismi pars est. Concedite, ut fieri possit,  
quam facta est, non accusetur Domini Voluntas. Tu vero, Magne Vidua,  
recolligas animum Deo sacrum ab infantia tua, & illum respicias, quælo-  
qui Te à generis mirâ Providentiâ texit atque rexit: cuius hoc omne est, quod  
Tibi hactenus in Gloriam Suam, quin & in gloriam tuam (bonus enim est  
Noster Deus) clementissime concessit: cuius etiam hoc Tuum fuit conjugi-  
um. Neque enim vel Tibi, vel Tuo conjugio Deus æternitatem hujus vita-  
sui pollicitus, neque juris nostri est, quas si Deus reservavit, vita no-  
stra horas atque moras nobis vendicare. Didicisti non usum purogo  
esse, sed Deum sequi. Is Te, Tuumque Filiolum proteget hic, Tuamque  
Conjugem Desideratissimam suam in manu retinebit. Christiana fuit, nec  
sine Christo mortua est: In Christo eam revisurus es. Fauxit Deus, ut in  
Gloria cœlesti nos omnes illuc Te conitemur. Certè hodie, sicut decet ac-  
fas est, & ego Te Tuis in Exsequijs omittabor, & Tua causa omnes Aca-  
demia Cives excito & quousque licet, rogito, ut Tuum Tuorumque in so-  
latium frequentes adesse velint. Adeste igitur hodie, Cives O. O. Honora-  
tissimi atque Humanissimi; Spectate funus alienum, ut vestrum meditemini:  
Idquædum facitis, ulterius procedentes fletis cum flentibus, & lacryman-  
tis Viri lacrymas Vestra præsentia abstergere ne recusetis. DEVS autem  
Nostrum omnium ex hac vita discessum in brachiis Iesu Christi fie-  
ri, per Verbi sui Virtutem clementissime velit atque faxit.


P. P. sub Sigillo Rectoratus Academicus VI. Julii cl. 1006,











elam, illam fructuosam. Quid agimus, ha-  
agimus, propter qvod vivimus & qvid v-  
molestiarum copiā, si id formidamus, ad c-  
Si quis enim in id sē natum existimat, ut non  
erit Anglicano isto Doctore, qui vitam fin-  
transigi posse hodiēnū, prolixē putat. Stolid  
Attamen, qui mori nōlīt, is moriatur, dum  
rietur, cum definet vivere, etiam si cele-  
mortem. Neque enim velocitas mortis a  
morienti, ac superstici familiæ, aut minu-  
illum, qui cito obit, qvām qui lente. N  
Fides beat, non mortis sive repentinus, si-  
tus. Quia potius in illâ etiam celeritate n  
est amoenitatis. Qvod enim aliis durum v  
atque acerbum, non sentitur ab iis, quos  
atq; coquit lectulus, quosq; affixa plumis co-  
atque premunt, ipseqve mortis timor, qv  
bior esse solet, ad eos parum penetrat. Ab  
sentiamus de piis celeriter morientibus, al-  
tatem mortis molestiū persentiscentibus,  
rentia, nisi qvod illi ipsā spe velociū ad D  
ejusq; thronum; hi tardius, & cum desid-

Neque igitur ultra id, qvod fas est, do-  
locem illum, at placidum tamen, proprii  
precum suspiriis, qvām Optimi lui Ma-  
DEUM votis comitatum obitum Feminae I-  
næ CATHARINÆ SOPHIAE natæ qvidem  
at GR APIÆ ē conjugio: cuius ex hâc vitâ  
illum nobis de morte differendi campum ap-  
(namque Ejus nobis Origo, Vita atque Mo-  
describenda est,) Filia Viri Max. Rev. Amp-  
lentissimi, Domini JOH. NICOL. QVIST

atq; apnd Nos Professoris Publici Celeberrimi, ad S. Nica-  
lai Pastoris, ac R. Ministerii Rostochiensis Superinten-  
dents Vigilantissimi, Collegæ atque Amici mei longè In-  
tegerrimi, cuius ex hoc obitu dolores DEUS emolliat,  
& Matronæ qvondam Optimæ, B. Dnæ MARGARE-  
TÆ ELISABETÆ BERCOVIÆ. Qvistorpiana  
inter Eruditos omnes florentissimæ familiæ ipsæ illa fuit  
elegantula, cœpi exoriri d. xxvi, Novembris Anni  
clo Icclxxx, ex Parentum solicitudine in fami-  
liam DEI poteſt omnibus Ejus glorioſe prædicari  
potuerit memoria Avi per-  
TORPII II. Vir de Aca-  
demiæ celeberrimi, qvippe qvi Si-  
tuacultatis Senior, ac  
illa per Nobilis-  
mam SOPHIAM  
Maternâ autem  
Nobiliss. & Ampliss. Dn.  
orbis hujus Proto- Nota-  
rum ac Solertissimum  
Avia Ipsius itidem Nobilissi-  
mum MAGEMEISTERIA. Atqve ut  
decet etiam conciliemus, vehementer eam  
comit. Vir continuâ in paternâ lineâ deco-  
ratissimus. A. QVISTORPIUS I. Th. qvondam D.  
ejusdemqv P. & Facultatis suæ Senior, ad S. Maria  
Pastor, & Superintendentis Rostochiensis Celebratissimus:  
nec minis in eadem paterna fed per Aviam scandente  
lineâ, B. Dn. NICOLAUS SCHAFENBERGIUS, J. U.  
D. ejusqve olim apud nos P. P. ac postea Rostochiensis Ci-  
vitalis Consul, Regiaeque Maj. Danicæ Consiliarius: sicut

A 3

86

